Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium decimum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

# Dubium Decimum
## Quid sit Definitio Et quæ leges bonæ Definitionis

Definitio in communi sic potest definiri. /

Definitio Definitionis. — Definitio ē oraõ rei naturam aut termini significaõem explicans.

Genus definitionis. — In hac definitione genus ē oraõ: Per quam convenit cum aliis modis sciendi et cetris et orationibus quæ non sunt huiusmodi. Per cæteras particulas differt definitio ab aliis modis sciendi. proprium ē n. definitionis naãm vel essãm rei explicare et distincte manifestare quæ sub alia rei vel aliis terminis obscure et confuse latebat. In hac definitione statim insinuatur com̃is illa divisio definitionis in definitionem qd rei, et definitionem qd nõis.

Definitio qd rei. et quid nominis. — Definitio quid rei ē oraõ distincte rei naãm explicans; Definitio vero quid nõis, ē oraõ nõis vel termini sigcaõem explicans.

Definitio qd rei duplex. — Definitio quid rei ē item duplex alia ē

Essentialis. — essentialis seu quidditativa. Alia accidentalis seu descriptiva. Definitio essentialis ē illa, quæ explicat naãm alicuius rei per prædicata eius essentialia. v.g. animal rationale ē definitio essentialis hõis, quæ explicat

Accidentalis. — naãm hõis per prædicata eius essentialia. Definitio accidentalis seu descriptiva ē oraõ naãm rei explicans per proprietates seu accidentia eius extrinseca. v.g. animal visibile. animal album. Sunt

def.

definitiones descriptivae et accidentales quae expli-
cant naturam alicuius rei per proprietates et passiones
et per accidentia communia. Definitio essentialis rursum
est duplex. Alia est essentialis et quidditativa et physi- *Definitio Essentialis duplex.*
ca, Alia essentialis metaphysica. Definitio essentialis
physica est oratio quae naturam rei explicat per praedicata *Definit. Essentialis Phisica.*
essentialia physica, ex quibus res in linea physica es-
sentialiter coalescit. v.g. si petatur a physico
ut hominem essentialiter definiat intra limites sui obiec-
ti, hac ratione eum definiet. Homo est compositum
quoddam ex corpore et anima rationali. Definitio essentialis
metaphysica est oratio naturam rei explicans per praedi- *Definit. Essentialis Metaphisica.*
cata essentialia metaphysica scilicet per genus et differentiam
ut ista. homo est animal rationale et definitio essentialis
metaphysica hominis, quae datur per praedicata essentialia meta-
physica hominis, per animal scilicet quod est genus, et per rationale
quod est differentia. Per quam differentiam homo ab ceteris aliis
animalibus secernitur. Definitio accidentalis et
descriptiva est et duplex. alia est propria; alia *Definitio accidentalis et essentialis est duplex.*
impropria. Propria est quae explicat naturam rei per proprias *Propria*
proprietates ut ista homo est risibilis, est definitio de-
scriptiva propria hominis, quae explicat naturam hominis per
risibilitatem quae est proprietas manans et fluens
ab essentia hominis. Definitio descriptiva impropria, est *Impropria*
oratio explicans rei naturam per accidentia communia,
ut animal album, bipes nigrum etc.
Addunt hic alii aliam definitionem, quam causa-
lem vocant, quae nihil est aliud, quam oratio explicans
rei naturam per suas causas. Sed haec definitio causalis
potest reduci vel ad descriptivas si datur per causas extrinse-
cas, vel ad quidditativam si datur per causas intrinsecas.
Unde haec definitio hominis. homo est animal conditum a
Deo ad beatitudinem consequendam. potest reduci ad
definitionem descriptivam, quae explicat naturam hominis
per causas extrinsecas, efficientem scilicet et finalem

si vero

Si vero talis definitio explicet naturam hominis per causas intrinsecas, pertinet ad definitionem essentialem; si per causas intrinsecas physicas, ad essentialem physicam. Si vero per causas intrinsecas metaphysicas, ad essentialem metaphysicam.

Nota definitiones quid rei esse vel obiectivas, vel formales.

Circa definitiones quid rei, nota illas esse aut obiectivas, aut formales. Definitio obiectiva est ipsa res quae explicatur, vel ipsa praedicata quae de re dicuntur. Definitio formalis est internus conceptus vel etiam vox externa complectens ea quae naturam rei explicat.

Tres leges bonae definitionis.

Leges bonae et rectae definitionis potissimum assignantur tres, ad quas omnes aliae facile possunt revocari.

1a. lex. Definitio debet esse clarior suo definito.

1a Est Quod bona definitio debeat esse clarior suo definito. Cuius ratio haec esse potest: quia definitio ex natura sua instituta est, ut clare et distincte manifestet et essentiam definiti. Ergo debet definitio esse clarior suo definito. Antecedens est certum. Consequentia probatur: nam si non est clarior definito, data definitione aeque obscura manebit natura et essentia definiti ac antea. Unde bene colligitur quod idem per se ipsum non possit definiri, v.g. dicendo homo est homo; quidem definitum non possit intrare definitionem, quia idem esset ac dicere explicatum suam essentiam per ignotum ignotum explicatur. Colligitur et 2o definitionem non debere habere verba obscura et inusitata, vel et aliquas metaphoras, quia ista omnia maxime impedire solent claritatem ad bonam definitionem requisitam.

Verba obscura et inusitata et metaphora excluduntur.

2a Lex. Definitio debet constare genere et differentia.

2a Conditio sive Lex bonae definitionis est quod constet genere et differentia propria vel aliquibus vicem generis et differentiae gerentibus. Sic haec definitio, homo est animal rationale, constat genere et differentia propria, nam genus proprium hominis est animal, per quod convenit cum caeteris brutis, et rationalitas est propria differentia hominis per quam differt a caeteris brutis. Haec vero definitio hominis, homo est compositum quoddam ex materia et forma

non

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

non ~~tht~~ proprium genus et differentiam, sed aliquid vicem ha-
rum gerens; nec v.g. materia est proprie genus hominis
nec forma proprie differentia.
Circa hanc legem Nota quod definitiones pos-
sunt dari, vel per genus proximum et differentiam ultimam;
ut v.g. homo est animal rationale: vel per genus supremum, et
differentias intermedias usque ad ultimam. Ut si dicam,
homo est substantia corporea vivens sensibilis
rationalis. Sed tales definitiones videntur redun-
dantes et superfluae cum omnes differentiae intermediae
in proximo genere reperiuntur. Definitiones et datae
vel per genus supremum, vel per differentiam interme-
diam tantum, ut si definirem hominem. homo est substantia
sensibilis, vel aut per differentiam ultimam, et genus supre-
mum: ut si dicerem; homo est substantia rationalis, non
sunt bonae. quia istae definitiones vel non explicant
totam essentiam et naturam rei, vel superfluunt. quod
utrumque est contra naturam bonae definitionis.
Ex hac 2a Lege sic explicata infertur quod
3a Lex, scilicet quod definitio non debeat esse dimi-
nuta, sed totam et integram essentiam rei explicare.
ambiendo quidquid in ipsa re comprehenditur. Hinc
ista definitio: homo est substantia vivens; non est bona
quia diminuta non explicans totam essentiam hominis.
nec et debeat esse redundans vel superflua, ut haec
definitio; homo est animal rationale bipes, vel visibile
non est bona, quia redundans et habens partes super-
fluas. Est
Ex hac 3a lege bene et infertur quod definitio
debeat converti cum definito; et quod debeat
definitio competere omnibus contentis sub definito. si n.
definitio totam rei naturam explicat et non superflu-
it; recte potest converti cum suo definito; ita quod
bene valeat a definitione ad definitum; et a
definito ad definitionem. v.g. bene valet dicere
homo est. ergo animal rationale est. Rursus e contra bene
valet

3a Lex
Definitio debet
esse tota, et totam
essentiam rei explicare.

valet. animal rat[ionale] est, ergo homo est. non tamen licet
dicere animal est, ergo homo est, tantum quia ani-
mal non est definitio totam essentiam hominis explicans.
et ultra hoc si definitio explicat totam essentiam
rei, necessario debet competere omni contento sub
definito quod essentiam definito participat.

Circa has leges bonae definitionis notanda
est doctrina aliqua valde utilis et necessaria. Su-
pra n. diximus, quod definitio sit duplex,
Defin[iti]o Obiectiva. — Alia obiectiva. Alia formalis. Definitio,
nempe obiectiva, nam appellationem vel dictionem
nihil esse aliud quam ipsa res dicta, quae de re dicitur
vel et remote ipsam rem. Hac distinctione
supposita dicimus modo, quod quidquid intrin-
secus negatur vel affirmatur de definitione ob-
iectiva, affirmari vel negari debet de ipsa
re, quae definitur. Et est contra quidquid affirmatur vel
negatur intrinsece de re quae definitur, debet affir-
mari vel negari de definitione obiectiva.
Unde de animali bruto, quod est obiectiva,
ex affirmatur intrinsece quod habeat 4 pedes, et
negatur quod sit rationalis, idem debet et affirmari vel
negari de equo, qui est res definita, quod habeat
scilicet 4 pedes et non sit rationalis. Similiter quia de
animali rationali quod est definitio obiectiva hominis
affirmatur quod sit discursivum, et quod non sit leo
vel affirmatur, idem etiam debet dici vel negari de
homine, qui est definitum vel res definita, quod
scilicet sit discursivus, et non sit leo. Diximus in-
trinsecum, nam non est necesse quod quidquid ex-
trinsecum et ad nomen non spectans praedicetur
de definitione obiectiva, id dicatur et de re
definita. De definitione enim obiectiva dicitur quod
sit quid complexum et oratio nomen rei explicans,
quod non dicitur de re definita.

Quaeres

Quaeres tu quid requiratur ad hoc ut aliqua res possit definiri?

R. Quatuor praecipue requiri ut aliquid definiatur definitione stricte metaphysica.

> Quatuor requiruntur ad bonam definitionem edendam.

1mum. Ut definitum sit univocum; hinc aequivoca definiri non possunt, nisi illorum significatio ad certos terminos restringatur.

2dum est. Ut definitum sit ens per se, et non per accidens.

3um est. Ut definitum sit universale, et non singulare.

4um est. Ut Res quae definitur sit species contenta sub aliquo genere: si enim non sit species non potest per genus definiri.

# Dubium Undecimum
# Quid sit Divisio
# Et quae Leges bonae Divisionis

Ante resolutionem huius dubii posset quaeri num recte secundo loco agamus de divisione, videtur enim definitioni, divisio primum locum obtinere. Sed haec difficultas est exigui momenti; dicimus enim prius est scire essentiam alicuius rei quam illam in suas partes dividere, et consequenter 1o loco de definitione et 2o de divisione agendum est. Licet et alter modus

quâ